

12929

25

17

D. D. T. U. 1611, 3

*Permissu & consensu Magnifica & Amplif-
sime Facultatis Juridica*

**ZHTHMATA HÆC-
CE DE FEUDALI SUC-
CESSIONE**

Præside

**VIRO AMPLISSIMO, CONSULTISSIMO,
ET EXCELLENTISSIMO**

D. DOMINICO ARUMÆO J. U. D.
PROFESSORE IN ILLUSTRISALANA CE-
leberrimo, nec non SCABINATUS ibidem Ad-
fessore dignissimo,

Examinanda proponit

DAVID A' N S N / NOB. SILES.

Non omnia omnibus, non omnes,
Non omnia nec omnes mihi
Placent. Et qui-nam ego omnibus?
Num tu quoque LECTOR omnibus?
Paucis bonis, Uni DEO
Curo placere. Est sat. Vale.

Ad diem

horis & loco consuetis.

J E N Æ

TYPIS JOHANNIS WEIDNERI.

ANNO M. DC. XI.



ILLUSTRI AC GENEROSO DN.
DN. CASPARO DE RECHEN-
BERG L. B. IN Klitschdorff / Princkenaw /
Petersdorff / Wengeln / & Libschaw / Sac. Cæs. Ma-
jestatis Consiliario & Camerario, utriusque
DUCATUS Suidnicensis & Jauraviensis,
Capitaneo, Domino meo Clementi,

NEC NON

*NOBILISSIMIS, MAGNIFICIS AC
STRENUIS VIRIS*

DN. CASPARO DE VVARNSDORFF
in Ober & Nieder Gûßmansdorff / SAC. Cæs. Majest.
Consiliario, utriusq; Ducatus Suidnicensis & Jau-
raviensis Seniori, Judiciique ibidem
superioris Adfessori.

DN. JOHANNI DE CZEDLIZ IN
Wiesenthal & Ludwigsdorff / utriusque Ducatus
Suid. & Jaurav. Seniori, Judiciq; superio-
ris ibidem Adfessori.

DN. DAVIDI À RHOR ET STAIN
in Seiffersdorff / Seniori, utriusque Ducatus Suid.
& Jaur. Seniori, Judiciique superioris ibi-
dem Adfessori.

*Dnn. Patronis & Parenti perpetuâ animi
observantiâ colendis*

Hanc Disputationem feudalem

In debita observantiâ τεκμήριον

Dicat & consecrat

Auctor & Respondens.

DE SUCCESSIONE
FEUDALI.

DIVISIO seu partitio Materia animum
legentis incitat, mentem intelligentis
præparat, & memoriã artificiosè reformat,
inquit gloss. super § Igitur, in præcæm. Instit.
quam sequens ego, haud inconcinnè, ante-
quam de re proposita quicquam, generalem
hucq; pertinentem materia successionis divi-
sionem præmittam.

THESIS I.

OMnis succedendi facultas ex Jure est
principaliter a) consequenter ex
hominis quoq; voluntate, nimirum ipsum
successionis factum. Hanc succedendi b)
facultatem JUS concedit semper; Atta-
men vel Immediatè, Solum scilic. vel Me-
diatè adsciscendo sibi voluntatem homi-
nis. Illa legitima c) hæc testamentaria di-
citur. Utramq; Jus Civile d) novit, Feu-
dale e) illam f) tantum, g)

a) l. 130. ff. de V. S. Vult. in Inst. ad t. de test. ord. num. 7.

b) etiam ex testamento. Siquidem omnis successio Testamentaria

DE SUCCESSIONE

Jure approbetur & confirmetur necesse habet. Hinc Legitima quoq; (latius accepto vocabulo, ita ut testamentariam & Legitimam in specie sic dictam includat) dici potest, per ea quae tradit Gædd. ad d. l. 130. num. 1. & seqq. c) in specie sic dicta, quatenus opponitur testamentariæ; quod demonstrat l. 3. §. de illo. ff. pro soc. l. 13. l. 17. §. heres l. 22. l. 29. ff. de acquirend. vel omitt. hered. d) tit. infinit. in ff. & C. e) Legitimam; quæ tamen ab intestato Successio propriè dici non potest, quia causa intestati non subest propriè, eò quod testator de Feudo liberè disponere non possit. Gædd. disp. 7. th. 1. lit. B. fundamentum sat firmum quoq; est in l. 1. ff. de suis & legit. junct. pr. Inst. de hered. quæ ab intestat. f) quia JUS omne, quod Vasallus in feudo habet, morte ejus expirat. De Jure verò, quod morte disponentis periturum est, disponi non potest. c. 1. à pr. ibi: nulla ordinatione: de succ. Feud. 1. F. 8. c. un. §. donare. qualiter olim pot. feud. alien. 2. F. 9. c. 1. à pr. de prohib. Feud. ali. per Frid. 2. F. 55. Excipe casus quosdam cum Gottof. Ant. in disp. feud. 5. th. 8. lit. A. & seqq.

II.

Est autem nihil aliud Feudalis successio quàm Feudi a) mortis causa b) acquisitio. c)

a) An etiam feudi cum dignitate? Aff. per c. un. in f. t. de Feud. alien. 1. F. 13. Rittershus. lib. 1. part. feud. c. 12. n. 1. Wesenb. c. 6. num. 9. de Feud. Nec movebit c. un. in pr. t. de feud. March. 2. F. 14. ubi ille tantum dicitur habere Feudum dignitatis, qui ab Imperatore investitus est, non qui successit per ea, quæ tradit Duar. c. 9. num. 14. Curt. Jun. p. 1. quest. princ. 8. num. 5. de Feudis.

An verò Feudi quoq; Guardia, Castaldia aut Soldatæ? N. Quia morte dantis vel accipientis finiuntur c. un. t. quis dicatur Dux. 2. F. 10. Duar. c. 9. num. 13. Rittershus. d. c. 12. num. 1. Dn. Arum. Pres. & Precept. honorand. in prælect. tract. feud. c. de divisionibus Feud. 3. in medio ferè.

b) Quæ

b) Quæ verba sunt loco differentia specificæ; Alia enim est Feudi inter vivos acquisitio, quæ vel Investitura (vulgò missionem in possessionem vocant die Belehnung) c. 1. in f. de Feud. cognit. 2. F. 1. c. 1. in pr. t. si de invest. Feud. controv. fuer. 1. F. 4. c. un. §. si facta. t. si de Feud. def. content int. 2. F. 26. c. un. §. ult. t. de nov. form. fid. 2. F. 7. vel Sententia Judicis expeditur, Vult. lib. 1. c. 9. num. 22. Pet. de bell. pert. c. 6. sub fin.

c) c. un. de Feud. cognit. 2. F. 1. Separandi interim sunt modi feudi constituendi à modis feudi acquirendi. Constitutio n. à Feudi acquisitione est alia, atque illa præcedit, hæc sequitur. Elegant. Vult. c. 7. lib. 1. num. 1. Alia itaque est Investitura, quæ constituit, sive quæ id agit, ut feudum de novo constituatur, alia illa qua feudum acquiritur, de qua supr. sub. lit. B. text. sat clarus in c. un. de Consuet. rect. Feud. 2. F. 33.

III.

Acquirere porrò feudum Successione

a) non promiscuè omnes possunt: sed illi tantum qui feudi sunt capaces, b) nec expressè reperiuntur prohibiti. c)

a) c. un. in pr. de succ. Feud. 1. F. 8. c. un. in pr. de Consuet. rect. feud. 2. F. 33. Nunc non olim; Non enim statim cum Feudis Successio cœpit, sicut Investitura. c. un. in pr. de his qui feud. dar. 1. F. 1. Olim Feuda concedebantur precario; igitur, quia revocabilia erant, nulla in illis successio esse potuit, d. c. b) quanquam inter capaces quoq; remotior gradu à proximioe excludatur, c. un. t. de Succ. Frat. 2. F. 11. in f. c. un. in pr. ibi eodem prorsus t. an ille qui interf. frat. 2. F. 37. c) Vult. c. 9. n. 24. Sonsbecc. p. 9. n. 44. de Feud.

IV.

Omnes itaque, qui quacunq; ratione succedere possunt primo acquirenti a)

sunt in linea recta vel transversali. In illa
sunt Descendentes *b)* & Ascendentes *c)*
In hac Collaterales. *d)*

a) Nam successio in feudis ita comparata est, ut aestimetur ex primo acquirente non ex proximè defuncto. *c. un. t. de natura succ. Feud. 2. F. 50. c. un. ibi per investituram Patris: de Feud. March. 2. F. 14.* Quod equidem in feudo non hæreditario procedere Dd. communi (teste Vult. lib. 1. c. 9. num. 103.) calculo affirmant. An de Feudo hereditario idem dicendum sit quæritur. Et adhuc puto, si questio sit de hereditario mixto. At si de hereditario merè & absolute ita dicto? Et eatenus contrarium stutuo. Nam quia pactum & providentia primi acquirentis in hoc nulla est, unde respectus ad ipsum immediatè habendus erat, meritò qualitas heredis ab proximè defuncto petitur. Quamvis non inconcinnè primi etiam acquirentis dici heres possit, ex eo, quod meus is sit heres, qui mei heredis heres est, Gail. 2. ob. 154. ubi hoc ipsum pro Reg. ponit. Vid dist. Vult. p. 525. in f. *b)* qui κατ' ἀναλογίαν *c)* qui (si succedunt) κατ' ἀνομαλίαν succedunt? id est, in casibus quibusdam, de quibus inf. in th. 13. *d)* Agnati sc. *c. un. an agnatus vel fil. c. un. de succ. Frat. 2. F. 11.*

V.

Et quia prima causa *a)* est liberorum *b)* idcirco de his primò dicendum venit. Sunt verò vel Masculi *c)* vel foeminae *d)* vel qui inter utrumq; sexum est Hermaphroditus. *e)*

a) Idq; natura & communi parentum voto ita suffragante 2. ad Corinth. c. 12. v. 14. l. scripta. 7. § 1. in f. ff si tab. in test. nul. extab.

l. cum

F E U D A L I.

l. cum ratio ff. de bon. damn. §. 1. 2. & 3. Inst. de hered. quæ ab intest. c. un. in pr. t. de natura succ. Feud. 2. F. 50. cap. un. in pr. de succ. Frat. 2. F. 11. b) quos hic generaliter. Quamvis alioquin in J. Feudali vocabulo Liberos & heredum veniant saltem Masculi. c. un. v. 5. et si clientulus de alien. Feud. 1. F. 13. c. un. §. ult. Titius. t. si de feud. defunct. content. 2. F. 26. c. un. §. his consequenter t. hic finitur lex. 2. F. 28. c. un. §. similiter 2. F. 34. de Lege Corradi. Forcatulus c. 5. num. 5. c) qui semper & regulariter; modò JUS Feudale illos vocet legitimos. c. un. de Vasall. decrep. atat. 1. F. 14. cap. un. §. Cum autem Cunrad. de his qui feud. 1. F. 1. succedunt. d) que non semper sed certis saltem casibus, de quibus infra in th. 10. & 11. e) Hic aut sexu fœminino incalescit magis & tum ex communi Dd. sententia ad feudi successorem admitti non potest Vult. c. 9. num. 61. ibi allegati. (Quid si Feudum sit Fœmineum statuendum? Vid. Gœdd. disp. feud. 7. th. 3. Lit A. Ruding. in controv. tom 1. c. 36.) aut Masculino; & tum si alioquin modo non inidoneus, succedere poterit. Vult. d. l. Scrad. p. 7. n. 18. c. 5. Rosenth. c. 7. concl. 72.

VI.

Masculi *a)* vel sunt Legitimi vel Illegitimi *b)* Legitimi vel sunt ita nati *c)* vel facti. *d)*

a) An masculorum autem appellatione comprehenduntur etiam nepotes? *Aff. c. un. vers. et si clientulus. de alien feud. 1. F. 13. c. un. §. 4. de his qui feud. dar. poss. 1. F. 1. non attentâ proprietate sermonis, quâ appellatione filiorum non veniunt nepotes. §. fin. Inst. qui test. tut. dar. poss. l. quid si ff. de test. tut. Natura enim feudorum vult, ut Feudum perpetuò in descendentes transmittatur c. un. t. in quib. causis feud. amitt. 2. F. 23. Neque hic ut aliàs fieri consuevit. l. 1. l. filii appellatione. l. justa Interpret. ff. de V. S. masculinû comprehendet fœmininum genus. In feudis enim regula hæc*

locum

DE SUCCESSIONE

locum non habet. Vult. c. 9. num 30. lib. 1. de Feud. b) hoc est ex coitu
 Jure non approbato nati: Hi nec soli nec cum aliis ad feudi succes-
 sionem pervenire possunt. c. un. vers. naturales, t. si de feud. defunct.
 2. F. 26. Cum quia Domino Paribusq; curie minus honorificum, in suo
 consortio sive sodalitia esse homines nat alibus maculatos atq; adeo infames;
 tum quia in statutis & concessionibus tales liberorum appellatione non ve-
 niunt. Wesenb. c. 6. num 10. Sed an non Matri, cujus alioquin fa-
 miliam sequuntur, l. 1. & 2. ff. de stat. hominum, ceu uti in allodiis:
 ita & in feudis succedent? Et negandum puto cum communi Dd.
 schol. Quid verò si feudum sit foemineum? Et neque tum ad-
 mittendos esse censent Dd. sive soli sint, sive cum aliis. c) Et
 hi sunt verè legitimi, id est, natura & lege simul. Vult. J. p. Rom. lib. 1.
 c. 22. in pr. d) sunt Legitimi Lege tantum, & modo ab Lege inven-
 to duplici: Legitimatione & Adoptione, Vult. J. p. Rom. d. l.

VII.

Legitimi ita nati a) omnes, modò
 ad præstationem servitiorum sint idonei
 b) quales tamen non sunt Clerici c) fu-
 riosi d) muti, surdi e) vel aliàs imper-
 fecti) Indistinctè ad successionem Feudi
 admittuntur.

a) Sive ante sive post mortem Patris. Posthumos enim non mi-
 nus in Feudis succedere communis est Feudistarum argumentatio
 c. 1. Nov. 118. l. intestatò, C. de suis & legit. S. 3. in f. Inst. de hered. qua
 ab int. b) vel alia ratione non impediuntur. Exempli causa: I. Fi-
 lius nolens esse heres in allodialibus justè à Feudi successionem
 prohibetur, c. un. t. an. agnat. vel fil. def. 2. F. 45. An quoq; Agnatus.
 Distinguo inter Feudum hereditarium, & ex pacto & providentia: Hoc

acquirit

acquirat repudiatâ hereditate: Illud non. II. Arcentur Filii à successione Feudi, si Felonia commissa sit à Patre Vasallo. c. un. t. si de feud. defunct. 2. F. 26. §. si Vasall. culp. c. un. §. fin. t. que fuit 1. causa. 2. F. 24. Non tamen agnati, nisi gravis culpa in ipsam Dominum commissa sit, d. c. un. §. fin. que fuit 1. causa &c. c) c. un. t. an mut. vel alias imperf. 2. F. 36. & ratio evidens in thesi supra addita est in modo allegato cap. Nec præterea, potest esse miles Christi, qui factus est miles seculi. c. un. t. de Vasall. mil. qui arm. bell. 2. F. 27. Quia tamen non omnium Clericorum eadem ratio, idcirco prædicta ad certos limites restringi volo, cum communi Feudistarum schola, & principaliter attendi, quid cujusque loci consuetudo definiat. Secundum enim varias Ordinum ll. & Conditiones hoc totum dijudicandum esse testatur Herm. Vult. in Epit. Feud. And. Ruding, Tom. 1. cont. Feud. c. 87. num. 5. Pulcrum interim hanc questionem placet adjicere, An equites Hierosolymitani, Rhodienses, Melitenses, Teutonici, Johanneæ, ad feudi successionem admitti debeant? Disting. ex modo dictis. d) quia, eò quod ipsum servire non valent. c. un. t. an mut. vel alit. 2. F. 36. pro imperfectis habentur. l. 5. ff. de R. J. l. 40. l. 68. d. tit. His tamen an annumerabimus Prodigos? Vix puto per ea que tradit Vult. lib. 1. c. 9. num. 63. e) c. un. t. episc. vel abb. 1. F. 6. Sed graviter obst. c. un. t. an mut. vel. 2. F. 36. Resp. Per distinctionem. Aut mutus surdus ita natus est, aut non ita natus, sed sua culpa ita factus est. Priore casu in Feudo eum non succedere, multò minus Feudum, quod per possessionem fortè apprehenderit, retinere eum posse, extra controversiam est. Posteriore casu ibidem distingo. Aut Feudum ipse primus Investitura vel postea successione ante imperfectionem acquisivit: & tum servitia per alium præstando feudum retinere potest, d. c. un. 2. F. 36. an mut. &c. Aut post imperfectionem & tum sive ita natus sive ita factus, Feudum retinere non poterit, c. un. Episc. vel Abb. 1. F. 6. §. 1.

Quid v. de aliis imperfectis, puta ratione gustatus odoratus dicendum? Et quin illi si modo feudum non sit ejusmodi, quod per aliquem illorum sensuum sit explicandum, succedere possint, dubium nullum est.

VIII.

Nulla itaque habebitur ratio emancipationis a) exheredationis b) præteritionis c) aut diversi matrimonii d) unica gradus prærogativa excepta. e)

a) *Siquidem liberi Emancipati equaliter cum suis ad Feudorum successione[m] vocantur, Borchold. c. 7. num. 46. Vult. c. 9. num. 89. Curt. Jun. p. 3. memb. 2. num. 2. Cum quia sublata est differentia Emancipationis & Patrie potestatis Novell. 118. c. 4. Tum quia filii inspiciuntur soli Masculi Legitimi. c. 1. de alien. Feud. 1. F. 13. ex legitimo sc. matrimonio geniti, Sed ne quis hîc captet verba, & neget legitimum seu civile vinculum superesse emancipato extranei loco habito, l. un. §. accedit in fin. C. de rei uxor act. quia prætor non est passus naturæ veritatem obscurari, §. Emancipati. de hered. quæ ab intest. Non magnopere commovebor Sonsbecc. argumento: quod emancipati non sint agnati: sed cognati; tum quia vulgaribus agnatis emancipatus potior est. §. admonendi. Inst. de hered. quæ ab intest. tum quia Obert. in c. un. de Succ. Frat. vers. ad Cognatos. 2. F. 1. loquitur de iis, qui nascuntur Cognati, non de iis, qui fieri videntur. Eleganter & pluribus Steph. Forcat. c. 5. n. 16. de Feud. b) Quia liberi ex natura contractus investiture succedunt primo acquirenti non ultimè defuncto. Deinde testatoris dispositio in testamento super feudis nulla est. c. un. de succ. Feud. 1. F. 8. & per hæc non distinguo inter justè exheredatum & injustè. Sonsb. p. 9. num. 61. Vult. c. 9. num. 96. Schneid. p. 6. de succ. descen. num. 27. Quid verò, si Feudum sit ejusmodi, de quo ordinatio fieri possit? & tum saltem injustè exheredatum succedere posse puto Gædd. Gotthof. Ant. in disp. Feud. Clariss. Dn. Præs. c. 8. sub fin. c) Per modò adductas rationes, quibus accedit & hæc, quod Feudum acquiratur non à Patre sed à Domino, Sonsb. p. 9. num. 62. d) Ut si defunctus ex prima Conjuge filium reliquerit, filium itidem ex posteriori.*

Hi sunt

Hi sunt quidem ex diversis matribus : sed tamen ὁμοπατρῆοι, & ideo ad feudum æqualiter vocantur. Ratio ex Jure communi petitur, cum contrarium in J. Feudali decisum non reperiat, c. un. §. strenuus. t. de Feud. cognit. 2. F. 1. Sed quid si Matrimonium cum posteriori Conjuge contractum sit ad Morganaticam? Et textus est clarus c. un. t. de fil. nat. ex matrim. ad morg. 2. F. 29. filios ex ejusmodi matrimonio natos neq; extantibus d. c. un. vers. Isti in propriet. neq; deficientibus d. c. 2. sed nec in Feudo succedere. Videtur hic obst. c. un. §. Filij t. si de feud defunct. 2. F. 26. Sed dicendum cum Duaren. c. 10. num. ult. & Borbhold. num 57. c. 7. textum illum negativè legendum, cum per rationes ab ipsis dd. ll. adductas, tum ne sit ἀντινομία in Jure Feudali e) Sed num illa gradus prærogativa seu proximitas à proximè defuncto, an vero à primo acquirente erit metienda? Posterius qui volunt, moventur c. un. t. de Feud. Marchie 1. F. 14. Qui verò prius c. un. de natura succ. Feud. 2. F. 50. quæ etiam sententia moderno tempore observatur. Vult. tamen utramq; opinionem bellè conciliat distinctionis fœdere, quando c. 9. num. 112. ita ait: Proximitas linea ex proximè defuncto : proximitas verò gradus in ista linea ex primo acquirente æstimatur. Graduum verò supputatio quo Jure facienda? Hottom. disp. feud. c. 19. & post eum Hart. Pist. lib. 2. quest. 19. secundum Canonicum Jus fieri debere voluerunt moti complurimis argumentis. Illis tamen non attentis placet communis per ea quæ tradit Niell. disp. feud. 5. th. 1. lit. E. & Claris. Dn. Presf. Dominicus Arum. in prælect. tract. feud. c. 8. quest. ult.

IX.

Legitimi facti & vel Legitimatione, vulgò Legitimati; sive sint tales per subsequens matrimonium a) sive per rescriptum

Principis b) vel adoptione vulgò adoptivi c) à Feudi successione arcente.

a) Per generalitatem textus §. naturales c. un. t. si de feud. defunct. 2. F. 26. Et quamvis communis opinio sit contraria Curt. Jun. p. 3. num. 39. communiter approbata Paris. Conf. 1. num. 76. vol. 2. confirmata per gloss. in d. c. naturales, imò præjudicio Cameræ munita. Mynsing. cent. 5. obs. 42. Quia tamen non quid modernus Judiciorum usus & observantia, sed quid Jura Feudalia velint, considerari hîc debet, idcirco secundum id quod certum est potius, id est, expressum textû, quæ distinctiones incertas pronunciandum esse cum Vult. t. c. 9. num. 94. & sequentib. autumo b) Dd. in d. c. naturales. Vult. d. c. num. 93. Borch. c. 7. num. 54. Wesenb. c. 6. num. 11. Clariss. Dn. Pras. in prælect. tract. feud. c. 8. Sed quid si Princeps ad hoc legitimet, ut in feudo succedant? & quin illa Legitimatio effectum sortiatur, dubium nullum est per gloss. in d. c. naturales. & communem Dd. Neq; distinguendum hîc inter feudum antiquum & novum. Borchold. c. 7. num. 54. ubi addit, et si hoc durum sit, tamen ita receptum esse. At dices præjudicabitur hac in parte agnatis? Et rectè dices, si dissentientibus illis hæc Legitimatio contigerit, vel expressè constiterit, principem voluisse præjudicare Agnatis sine justa causa. At quid si justa & legitima causa subsit, ut agnatis illa legitimatione, præjudicetur? Et hoc casu legitimatos admittendos esse interpretes uno ore affirmant. Pistor. q. 40. num. 47. Vult. c. 9. num. 93. c) Quia Adoptivi non sunt filii: sed filii familiæ propriè, Vox enim filii est natura. In filio verus est sanguis: In filio familiæ fictio sanguinis. Feuda autem dari solebant sanguini non extra sanguinem. Hinc est ut Adoptivi, qui tamen in bonis allodialibus aliàs admittuntur, l. 2. C. de Adopt. l. si adoptator. ff. eod. à Feudorum successione arceantur, c. un. § Adoptivus t. si de feud. def. 2. F. 26. sed tamen & hîc tenorem investiture & loci consuetudinem observandam esse rectè monet Vult. d. c. 9. num. 90.

Masculos

X.

Masculos descendentes sequuntur Fœminæ, quæ regulariter in Feudo non succedunt a) sive sit novum sive antiquum, sive magnum sive exiguum b) sive ligium c) sive emptum d) sive pro se & heredibus quibuscunque e) sive liberis f) sive descendentibus g) introductum.

a) *c. un. §. hoc autem. de his qui feud. 1. F. 1. c. un. t. de sua. Feud. 1. F. 8. c. un. quemadmod. feud ad fil. pertin. 1. F. 24. c. un. an mut. vel al. 2. F. 36. c. un. qualit. jurar. deb. Vas. 2. F. 5. c. un. §. similit. de capit. qui cur. vend. 2. F. 51. c. un. in fin. de Feud. Marchie. 1. F. 14. & communi Dd. ore & sententia. Quod eousque extenditur ut ne quidem filii ex fœmina nati, nisi aliud pactum, aliud alia conditio velit, c. un. de succ. Frat. 2 F. 11 vers. ad filias succedere possint. d. c. de succ. frat. d. c. un. §. hoc autem. 1. F. 1. de his qui & c. Nec desunt Vultejo rationes c. 9. num. 29. ubi vel 11. hujus decisionis extensiones & ampliationes superaddit. d. num. 29. & seqq. b) quia consuetudines non distinguunt, nec possunt, cum feudum exiguum quo ad suam substantiam non minus sit Feudum ac magnum, Vult. d. c. num. 36. c) Vult. d. c. & Borchold. c. 7. num 7. ubi Dd. parum consideratè facere ait, quod sequantur Speculatorem, ejus verò non assequantur mentem. Non enim, pergit Borchold. Speculator in t. de F. §. quoniam, quest. 21. affirmat, fœminam de JURE succedere in feudo ligio: sed saltem de speciali consuetudine, quod utiq; fieri posse nemo fœminis etiam in aliis Feudis denegabit. d) Quamvis in hac questione teste Vult. d. c. num 44. acrior inter Dd. est controversia, contrariaq; sententia non minus Patronos habet summos viros, quia tamen equitati & Juri per rationes à Vult. &*

DE S U C C E S S I O N E

Borcholdo adductas, magis consentanea hæc, testantibus Isernia Feudista summo, Laudense, & Jacobino, idcirco potius amplexanda. e) feudilibus, quales sunt Marces, quia interpretatio debet fieri secundum subjectam materiam, quæ est feudum. c. 1. vers. et si client. de feud alien. 1. F. 13. & Ruding. in Nobili suo Enchirid. Feud. tit. 16. p. 78. f) per ea, quæ supr. th. 6. lit. A. sunt tradita. g) Ut maxime enim descendantium appellatione aliàs contineantur liberi utriusq; sexus, tamen & hoc casu interpretatio debet fieri secundum subjectam materiam Vult. d. c. 9. n. 31.

XI.

Dixi regulariter: nam non extantibus masculis a) certis in casibus b) succedunt Fœminæ.

a) c. un. §. quin etiam. t. Episcop. vel Abb. 1. F. 6. c. un. vers. non enim. t. de eo qui sibi vel. 2. F. 17. Duar. c. 10. n. 9. Vult. c. 9. num. 49. Wesenb. c. 6. num. 12. Et quamvis dictum sit, num filii succedant cum filiabus, tamen filiis extantibus fœminæ succedere non possunt. Duar. d. c. num. 9. Non enim patet locus fœminæ, quamdiu Masculus superest, d. c. un. ver. Non n. d. t. de eo & c. 2. F. 17. Quod idem statuunt in feudo concesso pro Masculis & fœminis, item pro heredibus utriusque sexus, Vult. d. c. num. 49. & ibi allegati. Interpretatio enim secundum Jus Feudale facienda est, id est, ut tum demum fœminæ succedant, si masculi nulli amplius supersint. b) Et vel I. Ex Feudi natura & qualitate. Ut in Feudo fœmineo c. un. de natura succ. feud. 2. F. 50. Sed an fœmina in Feudo fœmineo sine pacto speciali ex ipsa feudi natura tantum succedere poterit? Aff. Quod enim ex rei natura inest, non desiderat pactum speciale. Videtur hoc negare gloss. in c. un. de feud. fœm 2. F. 30. c. un. §. quia. 1. F. 1. de his qui feud. Iser. Afflict. & noviss. Hotoman. sed his satisfacit Vult. qui hanc questionem elegantissime decidit c. 9. num. 46. In Feudo quoq; Franco fœminæ itidem ex ipsa feudi natura & qualitate succedere po-

terunt.

terunt. per text. in capp. extraord. c. un. t. casus quib. foem. in feud. succ. c. 104. ubi rationes sat evidentes sunt, quarum una sumitur ex c. un. an mutus & c. 2. F. 36. Is qui servire non valet, prohibetur, at econtrario qui valet servire, & multo magis si nulla servitia debeantur, omnino succedere potest; Altera ex c. quoniam. S. porro. S. cui, ut lite non contestata. Quod cessante causa potissima, cesset dispositio. At cessat causa potissima, ipsum nempe servire in Feudo Franco, Vult. c. 8. num. 50. E.

II. Succedunt Foeminae ex pacto. c. un. S. hoc quoque notandum t. de his qui feud. dar. 1. F. 1. c. un. de succ. feud. 1. F. 8. c. un. S. fin. de feud. March. 1. F. 14. c. un. S. fin. t. quid sit Invest. 2. F. 2. c. un. vers. 5. ad filias. t. de succ. Frat. 2. F. 11. c. un. S. fin. in quibus causis benef. 2. F. 23. c. un. t. natura de succ. feud. 2. F. 50. Et ratio datur à Borcholdo c. 7. num. 66. quia conventio & Investitura tenor derogant omni naturae feudorum. Intellige autem hic pactum expressum. Nam feudum est contractus inter Dominum & Vasallum ultrò citroque obligatorius, in quo nunquam novatio facta praesumitur, nisi id clare exprimatur l. fin. C. de novat. Scrad. p. 5. c. 2. num. 31. Wesenb. conf. 4. n. 36. Nil ergo operabitur pactum tacitum? Nil penitus per supra adducta. Diff. Schön. lib. 1. disp. 7. th. 24.

III. Ex consuetudine quoque succedunt Foeminae. Borchold. c. 7. num. 64. Vult. c. 9. num. 48. Duar. c. 10. num. 8. Wesenb. c. 6. num. 22. Scrad. c. 4. num. 53. Cont. cap. de succ. feud. Forcat. Hattys. in analys. 7. Feud. Ruding. in Nob. Enchir. t. de succ. foemin. Rationes assert Borchold. 1. quia in Feudis consuetudo locorum, in quibus feudum consistit, maxime attendi debet. 2. quia cum feuda per consuetudinem introducta sunt, merito etiam consuetudine regulantur. Sed queritur hic: Utrum consuetudine unius familiae tantum induci possit, ut foeminae in feudis succedant? Et si familia illa habeat Jurisdictionem affirmo, ut maxime generalis regni consuetudo sit in contrarium. Mynsing. conf. 50. num. 45. Quid verò si familia illa Jurisdictionem non habeat dicendum? Idem dico, modò scientia & patientia Domini accesserit. Gædd. Niell. in disp. suis feudalibus. An & hæc consuetudo succedendi obtinet in Feudis Ecclesiasticis, quæ à curvo baculo de-

pendere

DE S U C C E S S I O N E

pendere dicuntur, vulgò *Krumbstäbische Lehn* / vel von *Krummen Stäben herrührende Lehn*. *Affirm. Gædd. disp. 7. th. 11. lit. D. Vult. c. 9. num. 48. & in exeg. p. 30. ubi talia esse feuda Abbatiam Fuldensem & Hirschfeldensem asserunt.* Et hisce tribus modis principaliter succedunt foeminae; Sed quid si foemina semel sit exclusa per existentiam Masculi, an perpetuò exclusa censebitur? *Multa hic dicuntur, resonat clamoribus ether. Placet præ omnibus Dissertatio Vultei num. 53. c. 9. quam sequitur Gædd. disp. 7. th. 11. lit. E. Et collegium 7ctorum in Academia Marpurgenfi.*

XII.

In linea recta sunt post descendentes
Ascendentes a) Horum tamen successio in Feudis b) de Jure nulla est c)

a) *t. t. Inst. de hered. quæ ab intest. t. t. C. de suis & legit. Novell. 118. Niell. disp. feud. 6. th. 1.*

b) *Quamvis alios Jure civili contrarium observetur in alodiis l. 8. ff. de inoff. test. d. Nov. 118. Adeò ut & Jure naturæ parentibus debeat Legitima. Diff. Dd. per l. scripto. 7. ff. unde liberi. Verù non sequitur, Ordo naturæ turbatur, si parentes succedunt liberis E. Jure naturæ Parentibus legitima non debetur. benè Treutl. disp. 13. th. 11. lit. C, vol. 1. c) *c. un. de natura succ. feud. 2. F. 50. (Idem de Jure Saxonico affirmat Zobel. p. 464.) Borchold. c. 8. num. 9. Scrad. p. 7. c. 6. num. 1. Ruding. in Nob. suo Enchri. t. de succ. Ascend. Ratio datur à Duar. c. 11. num. 11, quia rarius evenit, filios ante Patrem decedere, idcirco rarius ad successionem vocantur, Vult. d. c. num. 101. aliam addit Niell. disp. 6. th. 1. lit A. quia Feudum datur ob servitia, ad quæ Parentes indies minus idonei redduntur, alia in Cujac. aliam Pistor. affert.**

XIII.

At quid? si pacto vel consuetudine aliud actum reperiat a) quid? si pater

vel

vel avus in gratiam filii vel nepotis Feudum refutet, Filius verò vel nepos sine herede masculino decedat *b)* quid? si respectu meritorum Patris ejusdemque contemplationis filius de feudo investitus sit *c)* quid? si feudum sit merè hereditarium, dicendum? Et hosce casus exceptos puto.

a) *c. un. 2. F. 84. t. Patrem in Feudo &c.* Quod in Feudo novo minus dubii habet. De antiquo etiam dubitandum non erit; modò pactum Investiture de successione Patris adjectum fiet. sed quid si pactum adjectum non sit, an hoc casu succedet Pater? Negat hoc. *d. c. un. 2. F. 84. sed Interpp. pleriq; sunt in contraria opinione, quorum opinioni in facti contingentia aliquando etiam Camera subscripsisse refert Mynsing. cent. 3. obs. 93.* *b)* *Curt. Jun. memb. 2. p. 3. num. 43. Vult. d. l. 1. Ne Feudo & Filio careat orbatu senex, qui adversus spem & nature ordinem supervixit, l. Jure. ff. de Jure dot. 2. ut ad pristinum statum, in quo fuit feudum, revertatur, argumento l. fundi §. fin. ff. de Act. Empt. l. fin. ff. de lib. & post. 3. quoniam Dominus & Pater ut eidem personæ filio feudum cesserunt. l. fin. C. de Impuber. Nec obst. renunciatio Patris, finitur enim morte Filii, Borchold. c. 7. num. 9.* *c)* *Duaren. c. 11. num. 11. Vult. d. c. 9. num. 101. in fin. argumentum & ratio adducitur ex Jure Rom. nihil referre, an mihi quid datum sit, an alteri mei contemplatione, l. dotem. ff. de collat. bonorum, quo Borchold. d. c. 7. num. 9. Multa meritorum appellatione permitti, quæ aliàs non permetterentur.* *d)* *Sed in hoc postremo casu non excluduntur fratres defuncti, sicut in prioribus, Novell. 118. c. 2. monet Rosenth. Scrad. Hartm. Pistor. citati à Gottofred. Anton. disput. feud. 5. th. 6. lit. B.*

C

Sequitur

Sequitur linea Collateralis a) Et sane neq; Collateralium successio de J. Feudali b) ulla est, horum inquam, qui ex latere conjuncti sunt primo acquirenti c) secus est si inter se quidem ex latere veniant d) sint autem descendentes primi acquirentis.

a) *Novell. 118.* b) quod idem etiam de J. Saxonico obtinere multis probat *Pistor. 2. quest. 19. num. 4. usq; ad finem* c) *communis Interpp. opinio Dn. Vult. num. 102. d. c. 9. Wesenb. c. 6. num. 16.* At quid si pacto in constituendo Feudo id actum sit? Et tum (quia hoc speciale est) aliud dicendum. Aliud itidem in pluribus aliis casibus, quos refert *Gödd. disp. Feud. 7. th. 9. lit. A. Niell. disp. feud. 6. th. 1. lit. B.* d) *c. 1. de succ. feud. 1. F. 8. c. un. de natura succ. Feud. 2. F. 50. Vult. d. num. 102.* Sed nec hi simpliciter: sed sub triplici conditione succedere potest. I. Si sint agnati. *c. un. ibi. ex latere omnes per masculos descend. t. de natura success. feud. 2. F. 50. c. un. §. his vero defic. de succ. Frat. 2. F. 11. ratio à Borcholdo datur supra all. loco.* II. Si Feudum sit antiquum & paternum. In novo enim succedere non possunt. *c. un. §. fin. de succ. feud. 1. F. 8. c. un. §. si duo Fratres. t. de Feud. March. 2. F. 14. c. un. de benefic. Frat. 1. F. 20.* Sed & hic limitationes aliquot affert *Gottos. Ant. disp. Feud. 5. th. 7. lit. B.* III. Si sint descendentes istius, qui primus feudum acquisivit. *c. un. §. si capitanei, & ibi. Alvarott. de Feud. March. 2. F. 14. quemadmodum in ipsa th. dicitur.*

Sed inter hos, quos inter se collaterales esse diximus, primi omnium sunt Fratres defuncti

defuncti *a)* & prædefunctorum Fratrum filii *b)* tam hic, quam illi in capita si soli *c)* concurrentes in stirpes *d)* succedunt. His deficientibus agnati reliqui proximiores *e)* in infinitum *f)*

a) Quemadmodum enim in allodiis vocantur ex *J. communis dispositione proximiores exclusis remotioribus: ita quoque secundum consuetudinem Feudorum proximiores primo loco vocantur Roland à Valle. Nec distinguo hic inter Fratres ἀμφιθαλεῖς & ἐτεροθαλεῖς; quia non hi (ceu uti ex *Juris civilis dispositione fieri cernimus, Novel. 118.) per illos excluduntur: Et ratio est, quia Jus Feudale non rationem habet cognationis; sed agnationis. Jam autem Fratres modò sint tales eodem Patre, ὁμοπατέριοι, agnatos esse nemo negabit. Uterinos verò procul arceo cum *Gail. lib. 2. obs. 151. in fin.* At quid si Feudum sit *Fœmineum? Et tum distinguo. Aut Feudum provenit ex defuncti Fratris linea paterna: Aut linea materna, vel ab ipsa Matre. His postremis casibus succedere illos: imò consanguineos excludere arbitror, Illo ne succedere quidem. Rosenth. conclus. 57. num 3. b) Jure sc. representationis. Quod tamen Jus representationis ultra Fratrum filios non extenditur, auth. post Fratres. C. de leg. hered. Novell. 118. c. hujusmodi. c) c. un. de suc. Frat. 1. F. 8. nisi aliud pacto cautum sit, Vult. d. c. num, 107. Sed quomodo Fratrum filii succedent patruo an in capita vel in stirpes? Prius volumus. Quia non succedunt Jure representationis, sed Jure proprio, tanquam proximiores. Vult. Diss. Sonsb. refutatur à Borchold. d. c. 7. num. 28. 29 Niell. diff. Feud. 6. th. 3. lit. C. Secus est si avo succedant; tum enim Jure representationis adeoque in stirpes succedunt. Borchold. d. loc. An idem Juris sit in nepotibus, ut in capita succedant? *Aff. W. senb. per S. si vero neg. c. 3. d. Novell. 118. Auth. post. Fratres C. de legit hered.****


DE S U C C E S S I O N E

d) *d. c. num. 109. Duar. c. 11. num 13. Wesenb. c. 6. num. 16. Borchold. c. 7. num. 8. & communiter Feudista in c. un. de succes. frat. An autem ceu in simpliciter hereditario & mixto: ita etiam in Feudo ex pacto & providentia filii fratrum succedent cum Patruis? Sunt qui negant: quod sc. in feudo hoc aestimetur Successio non Jure hereditario: sed Jure sanguinis: Jam autem frater fratri sine dubio proximior est. Sed placet Vult. d. loco., quam sequitur ulterius Wesenbec. dum hoc ipsum de Jure Saxonico (secundum quod aliàs inter collaterales Jus repræsentationis nullum) ampliari & locum habere dicit ex Hartm. Pist. quest. 21. 22. 23. p. 2.*

c) *Excluso remotiora c. un. t. de natura succ. Feud. 2. F. 50. At quid si remotior sit nominatus in Investitura? Nec tùm succedet inquit Wesenbec. c. 6. num. 18. Sed hac in re Jus Sax. à Jure communi est aliud, teste Vult. num. 112. Nisi enim expressè cautum fuerit, ut successio fiat secundum gradus prærogativam nach rechter Sipzal / tum omnes simultaneè investiti remotiores cum proximioribus aequaliter ad successionem feudi vocantur per alleg. authores ab Herm. Vult. d. loc.*

f) *Si Feudum primum in descendentes post ab his in transversales propagatum sit. c. un. t. de natura succes. Feud. 2. F. 50. c. 1. §. hoc quoq. de his qui & c. 1. F. 1. At quid si Feudum à primo acquirente statim ad transversales prorogatum sit? tum successionem non in infinitum: sed ad 7. gradum extendo cum communi Dd. Borch. d. c. 7. p. 2. num. 93. Curt. Jun. d. p. 3. memb. 3. num. 48. Schenck. Baro in d. §. hoc quoque. num. 2. quam distinctionem quoq. Camera imperialis judicando comprobavit Mynsing, cent. 2. obs. 95. Gail. 2. obs. 150. num. 4.*

Et tantùm quoque de Successione Collater.



Coroni-

Coronidis loco subjicio: Ex Jure Civili.

I. Quis nam sit intellectus verus, §. æquè
vers. sanè uno. Inst. de Act. ? Et rejecta novissima
opinionè accepto Vultejanam.

II. Num pœna furti (suspendium nempe) æqua,
Juriq̃ consentanea sit? Placet defendere N.

Ex Jure Canonico.

An merum imperium ex ejusdem Juris dispositio-
ne mandari possit, Aff. VVesemb. t. de Jurisd. num. 11.

Ex Jure Feudal.

An reconventio in Jure Feudali locum habeat? N.

Ex Jure Saxonico.

An heres ceu (uti de Jure Civili) ita etiam de Ju-
re Saxonico præcisè rem venditam tradere tenea-
tur? N.

Ex Constant. Elect. August.

An casus p. 4. c. 19. in d. const. propositus speciem
transactionis repræsentet? Aff.

F I N I S.

Moniti meliora sequemur.

A N A G R A M M A
Ad nobiliss. Respondentem.

David à Rhor,
Diu do rara.

ETe, Rhorjade, laboriosis
Juvit haectenus immori libellis!
Sic ut arte tibi ciere pugnam
Cura sit, juvenes, viros, senesq;
Provocare, nec ad pedem vel unum
Velle cedere, Feuda quisnam habere
Morte debeat illius vel hujus
Vasalli; metuis nec invidere
Martem, Castalidas Deas quod ipsi
Ausis jungere, symbolumq; ferre;
Annuant superi; diu do rara!

Joh. Suevius D.

Palma

A L I U D.

PAlma subinde magis & florida tollit in auras,
Et contra quodvis ardua surgit onus;
Sic magis efflorens grassatur ad æthera virtus:
Quò premis, hoc sese fortius illa levat:
Sic est: Ingenio major vel stirpis honore,
Clarius ut quisquam; sic magis alta petit:
Non omnes consueta probant, humilesque labores,
Magna decent magnos, grandia grandiferos.
Te facio testem D A V I D T : exordia summæ
Maxima qui dudum Nobilitatis habes.
Nec tamen hisce modū statuis; sed stemmata Gentis
Splendoremque domus amplificare paras;
Et sic clara Patrum vestigia carpis; ut illis
Non modò par quondam; Major at esse velis
Mente valens ac arte potens, & ad omnia dexter
Ingenii ponis Lumina certa tui.
FEUDORUM quis Jura negat perplexa? Sed ecce
Nobilis à RHOREN pleraque plana facit.
RORIFER an satis est feudalialia dogmata RORANS
D A V I D T R H O R ? Rebus Nomina sæpe suis
Conveniunt: Summo meritò te dignor honore,
Magna sit cum facto hoc fama parata tibi.
Publica cum doctis tibi sunt certamina Musis,
Eccur non etiam publicus extet honos?
Perge ita: sis memor hisce M E I spes R H O R I A.

Quando

Jura reges patrii frenaque summa fori.

Quod candido pectore canebat

Petrus Elias Schröterus Lusatia

Pudissimus.

17



X2617642

1017







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Inches
Centimetres
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

u. 1611, 3
Magnifica & Amplif-
Juridica

A HÆC-
ALI SUC-
NE

CONSULTISSIMO,
ISSIMO
IMÆO J. U. D.
TRI SALANA CE.
ATUS ibidem Ad-
imo,

onit
NOB. SILES,
n omnes,
nihi
o omnibus?
OR omnibus?

ale.
s & loco consuetis.
Æ
WEIDNERI.
XI.

25

17